Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36558
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

De salsa

sus fomenta ignis accendat. Hinc scille canes latra
re finguntur. dum periclitantes nauigantes undarum fremore
terrentur: quas sorbente uoragine colludit estus. Si
mili de causa malis etiam terris incendium surgit. et
gehennam per ostendit. Sicut calor de igne ita fri

De frigore

gus de aqua nascitur: Unde extreme partes oceani.
rigido gelu et perpetuo frigore horrent. quia calo
re solis carent. Pars autem oceani que medium orbe
diuidit. ideo nimio calore feruet. quia solis iter super
se habet. Oceanus fluuiorum occursu non augetur.

De dulcibus aquis

quia fluenta dulcia partim salsis uadis consumun
tur. uel uentis aut uapore solis arripiuntur. partim
per occultos meatus in suos amnes reuertuntur. Idcir

De amaris

co perdurat salsus tot fluminibus ac pluuiis irri
gatus. quia exhausto a sole dulci tenuique liquo
re quem facilius ignea uis trahit. omnis asperior
crassiorque linquitur. Ideo summa maris unda est
dulcior: profunda amarior. Lune autem alimentum
est in dulcibus aquis. solis uero in amaris. Mare ru

De mari rubro

brum de oceano exit. sed roseum colorem de terra trahit. que
tota sanguineo colore rubet ac uicino inficit. Ma
re dicitur quod sit amarum. Hoc per uenas terre occulto mea

De mari

tu discurrit. amaritudinem intra deponit. dulce
in fontibus erumpit. in seipsum iterum refluit ut
scribitur: Ad locum unde exeunt flumina reuer
tuntur: ut iterum fluant. Omnia flumina intrant
mare. Dicitur tamen quod aque natura sit duplex: sci

De omni natura aquarum

licet salsa et dulcis. Salsa maris et grauior: dul
cis fontium uel fluminum et leuior. Et cum legatur quod
deus fontem in paradyso produxerit. et in .iiii. diui
dens totam terram in .iiii. partibus mundi. rigare pre
cepit. dicitur quod eruptio omnium fontium uel fluuiorum